

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9725

**Auteur(s) :** Jean Ier, Alençon (comte)

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1171 - 1191, 24 février]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean, fils du comte Guillaume de Ponthieu, notifie et confirme les donations faites par Gervais de Montgaroult aux moines de Saint-André-en-Gouffern.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6511/3.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 27-253, p. 412.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Jean Ier, comte d'Alençon, 1171-1191 († 24 février 1191).

### Texte d'après A

Universis ecclesie filiis tam presentibus quam futuris, Johannes filius Willelmi comitis Pontivi, salutem. Noverit universitas vestra quod Gervasius de Monte Guaroudi dedit monachis Sancti Andree in perpetuam elemosinam terram husseiarum cum ipsis husseiis et terram que est in capite earumdem husseiarum usque ad terras predictorum monachorum dedit etiam eisdem juxta predictam terram nemus quod fuit filiorum Galterii de Curte, cum ipsa terra nemoris, pro qua terra dedit (?) idem Gervasius filiis Galterii de Curte unam acram terre nemoris sui in capite montis. Concessit etiam predictis monachis, unam virgultam terre ad Alnetum que antea ei remanserat jurejurando. Terram etiam que est inter terram eorundem monachorum et terram Hermani dedit eis, sicut divisum fuit, necnon et totam terram eis integre concessit, quam habebat in dela que vergit super coriletum. Has vero donationes concessit eis in perpetuam elemosinam possidendas, liberas ab omni redditu et servitio et quietas. Sciendum vero quod Radulfus de Bosco dedit predictis monachis medietatem feodi Osmundi de Bosco fratri sui, que ei competebat jure hereditatis in territorio Montis Guaroudi, concedente Ricardo nepote suo, filio Osmundi de Bosco. Monachis vero dederunt predicto Radulfo dimidię acram terre quam habebant Argentonii, pro qua habent .I. acram terre quam sibi volebat retinere de predicto feodo in territorio Montis Guaroldi. Ipse vero Radulfus reddet monachis singulis annis .XII. Cenomanensium pro predicta dimidia acra terre quam tenet de eis. Has autem omnes donationes et concessiones coram me replicatas et concessas confirmo et sigilli mei auctoritate munio. Hujus

rei testes sunt, Adam de Sancta Cruce, senescalus meus, Egidius de Ballolio, Roberrus de Ravetonia, Robertus de Usseio, Radulfus filius Petri de Argentonio, Radulfus de Monte Gummeri, Willelmus Canus, Willelmus de Beureria, Robertus Britonnus, famulus regis.